

6e Dimanche après la Pentecôte

Dimanche 20 juillet 2025

● 2ème classe

INTROÏT *Psaume 27, 8-9*

Dóminus fortitudo plebis suæ, et protector salutarium Christi sui est : salvum fac populum tuum, Dómine, et benedic hereditati tuæ, et rege eos usque in sæculum. *Ps. 27* Ad te, Dómine, clamábo, Deus meus, ne síleas a me : ne quando táceas a me, et assimilábor descendéntibus in lacum. *Ÿ. Glória Patri.*

Le Seigneur est la force de son peuple, le protecteur et le Sauveur de son Christ : sauvez votre peuple, Seigneur, et bénissez votre héritage ; soyez son pasteur à jamais. *Ps. 27* Vers vous, Seigneur, je crierai ; mon Dieu, ne gardez pas le silence loin de moi, de peur que, si vous vous taisez contre moi, je ne sois semblable à ceux qui descendent dans la fosse. *Ÿ. Gloire...*

COLLECTE

Deus virtutum, cuius est totum quod est optimum : insere pectoribus nostris amorem tui nominis, et præsta in nobis religionis augmentum ; ut, quæ sunt bona, nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, custodias. Per Dóminum.

Dieu des vertus, de qui vient tout ce qui est excellent : mettez dans nos cœurs l'amour de votre nom et faites croître en nous la religion ; en sorte que vous développiez ce qui est bon, puis le conserviez par un tendre soin. Par...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Romains 6, 3-11*

Fratres : Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem : ut, quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vite ambulamus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius : simul et resurrectionis erimus.

Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est : ut destruat corpus peccati, et ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo : credimus, quia simul etiam vivemus cum Christo : scientes, quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo.

Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Iesu Domino nostro.

Mes frères, nous tous qui avons été baptisés dans le Christ Jésus, c'est en sa mort que nous avons été baptisés. Car nous avons été ensevelis avec lui par le baptême en sa mort ; afin que, comme le Christ est ressuscité d'entre les morts par la gloire du Père, de même nous aussi nous marchions dans une vie nouvelle. Car si nous avons été greffés sur lui par la ressemblance de sa mort, nous le serons aussi par la ressemblance de sa résurrection.

Nous savons que notre vieil homme a été crucifié avec lui, afin que le corps du péché soit détruit et que, désormais, nous ne soyons plus des esclaves du péché ; car celui qui est mort est affranchi du péché. Si donc nous sommes morts avec le Christ, nous croyons que nous vivons aussi avec le Christ, sachant que le Christ ressuscité des morts ne meurt plus : sur lui, la mort n'a plus d'empire. Sa mort fut une mort au péché, une fois pour toutes, et sa vie est une vie pour Dieu.

Ainsi vous-mêmes, regardez-vous comme morts au péché et vivants pour Dieu dans le Christ Jésus notre Seigneur.

GRADUEL *Psaume 89, 13.1*

Converte, Domine, aliquantulum, et deprecare super servos tuos. *Ÿ.*
Domine, refugium factus es nobis, a generatione et progenie.

Revenez, Seigneur, quelque peu, et laissez-vous fléchir par vos serviteurs. *Ÿ.* Seigneur, vous avez été pour nous un refuge de génération en génération.

ALLÉLUIA *Psaume 30, 2-3*

Alleluia, alleluia. *Ÿ.* In te, Domine, speravi, non confundar in æternum : in iustitia tua libera me et eripe me : inclina ad me aurem tuam, accelera, ut eripias me. Alleluia.

Alleluia, alleluia. *Ÿ.* En vous, Seigneur, j'ai espéré : que je ne sois jamais confondu. Délivrez-moi selon votre justice, et sauvez-moi ; inclinez vers moi votre oreille, hâtez-vous de me secourir. Alleluia.

+ ÉVANGILE *selon saint Marc 8, 1-9*

In illo tēpore : Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent, quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis : Misereor super turbam : quia ecce iam trīduo sūstinent me, nec habent quod mandūcent : et si dimiserō eos ieiūnos in domum suam, deficiēt in via : quidam enim ex eis de longe venērunt. Et responderunt ei discipuli sui : Unde illos quis poterit hic saturare pānibus in solitūdine ? Et interrogavit eos : Quot panes habētis ? Qui dixerunt : Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, grātiās agens fregit, et dabat discipulis suis, ut appōnerent, et apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos : et ipsos benedixit, et iussit appōni. Et manducaverunt, et saturati sunt, et sustulerunt quod superaverat de fragmētis, septem sportas. Erant autem qui manducaverant, quasi quatuor milia : et dimisit eos.

OFFERTOIRE *Psaume 16, 5-7*

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveantur vestigia mea : inclina aures tuas, et exaudi verba mea : mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te, Dómine.

SECRÈTE

Propitiare, Dómine, supplicatiōnibus nostris, et has pópuli tui oblatiōnes benignus assume : et, ut nullius sit irritum votum, nullius vácuā postulatio, præsta ; ut, quod fídeliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum.

En ce temps-là, comme il y avait une grande foule avec Jésus et qu'elle n'avait pas de quoi manger, Jésus appela ses disciples et leur dit : « J'ai compassion de cette foule, car voilà trois jours qu'ils demeurent auprès de moi et ils n'ont pas de quoi manger. Si je les renvoie à jeun chez eux, ils tomberont de faiblesse en chemin, car il en est parmi eux qui sont venus de loin. » Ses disciples lui répondirent : « Où pourrait-on trouver dans ce désert assez de pain pour les rassasier ? » Il leur demanda : « Combien avez-vous de pains ? » Il répondirent : « Sept. »

Alors il ordonna à la foule de s'asseoir par terre. Puis, prenant les sept pains, il rendit grâce, les rompit et les donna à ses disciples pour les distribuer, et ceux-ci les distribuèrent à la foule. Ils avaient encore quelques petits poissons : il les bénit aussi et les fit distribuer. Et ils mangèrent et furent rassasiés. On emporta ensuite sept corbeilles pleines des morceaux qui restaient. Or, ceux qui avaient mangé étaient environ quatre mille ; et Jésus les renvoya.

Affermissez mes pas dans vos sentiers, afin que mes pieds ne chancellent point ; inclinez votre oreille et écoutez mes paroles ; faites éclater votre miséricorde, Seigneur, vous qui sauvez ceux qui espèrent en vous.

Soyez propices, Seigneur, à nos supplications, et recevez avec bienveillance ces offrandes de votre peuple ; et pour que nul ne forme des vœux inutiles ou des demandes vaines, faites-nous obtenir la réalisation de ce que nous demandons avec foi. Par...

PRÉFACE DE LA SAINTE TRINITÉ

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ágere : Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus :

Qui cum Unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus : non in uníus singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu Sancto, sine discretióné sentímus. Ut, in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas.

Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séráphim, qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes :

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-puissant.

Avec votre Fils unique et le Saint-Esprit, vous êtes un seul Dieu, un seul Seigneur ; non dans l'individualité d'une seule personne, mais dans la Trinité d'une seule substance. Car ce que nous croyons, sur la foi de votre révélation, au sujet de votre gloire, nous le pensons indistinctement et de votre Fils et de l'Esprit Saint, sans aucune différence ; en sorte que, dans la confession de la véritable et éternelle divinité, sont adorées et la propriété dans les Personnes, et l'unité dans l'essence, et l'égalité dans la majesté.

C'est elle que louent les Anges et les Archanges, les Chérubins et les Séráphins, qui ne cessent de chanter chaque jour, disant d'une seule voix...

COMMUNION *Psaume 26, 6*

Circuíbo et immolábo in tabernáculo eius hóstiám iubilatiónis : cantábo et psalmum dicam Dómino.

J'entourerai l'autel et j'immolerai dans son tabernacle une victime avec des cris de joie : je chanterai et je dirais un hymne au Seigneur.

POSTCOMMUNION

Repléti sumus, Dómine, munéribus tuis : tribue, quæsumus ; ut eórum et mundémur efféctu et muniámur auxilió. Per Dóminum.

Comblés de vos dons, Seigneur, nous vous en prions : accordez-nous d'être purifiés par leur vertu et fortifiés par leur secours. Par...